

vero nature^{hh)} gelide ut Seneca³⁷⁾, venena quoque serpentumⁱⁱ⁾ quidam frigida esse dicunt ut Ysidorus³⁸⁾, quidam^{kk)} vero calida¹¹⁾ sicut Avicenna^{kk.mm.39)}. Sed quoniam in istis et in aliis huiusmodi pars utralibet contradictionis absque periculo fideiⁿⁿ⁾ nostreⁿⁿ⁾ potest credi vel discredere, lectorem admoneo, ne forsitan abhorreat, si quas huiusmodi contrarietates sub diversorum actorum nominibus in plerisque locis huius operis insertas^{oo)} inveniat, presertim cum ego iam professus sim, in hoc opere me non tractatoris, sed excerptoris morem gerere, ideoque non magno opere^{pp)} laborasse, dicta philosophorum ad concordiam redigere, sed tamen^{qq)} quid de unaquaque re quilibet eorum senserit aut scripserit, recitare, lectoris arbitrio relinquendo, cuius sententie potius debeat adherere. Quia vero plerumque et^{rr)} medici in medicinarum simplicium complexionibus et qualitatuum gradibus dissentire videntur, sciendum est, quod secundum diversitates regionum et complexiones⁴⁰⁾ hominum et animalium ceterorumque terre nascentium variantur ita, ut aliqua eiusdem generis res alicubi sit antidotum et alibi venenum; nam — verbi gratia — papaver nigrum in medicorum libris venenum esse describitur^{ss)}, quod tamen apud nos communiter in cibum assumitur; sic etiam^{tt)} extremitas caude cervi ab Avicenna^{uu)} et Razi^{vv.41)} inter venena reputatur, quod a regionis nostre militibus constanter negatur⁴²⁾.

c. 9^{ww)}. Apologia de apocriphis

Quod autem superius dictum est de gentiliū libris, idem etiam dici potest et de apocriphis. Cum enim neutri apud Christi Ecclesiam in auctoritate habeantur, ex utrisque tamen — ut dictum est — quedam^{xx)}

hh) *fehlt* N_2 ii) serpentium HND_1R kk-kk) *fehlt* D 11) calidi N_1N_2
mm) Avicenna H_1ND_3 ; Advicenna H_2 nn-nn) nostre fidei DR
oo) in certis H_3 pp) ope D_1 qq) tantum H_2 rr) etiam DR
ss) scribitur NDR tt) et D_2D_3 ; autem H_4 uu) Avicenna
 H_1ND_1 vv) Razi H_4 ; Rasi D_1 ww) 8 R xx) quod aut N_2

³⁷⁾ Nat. Quaest. II, 10.

³⁸⁾ Etym. XII, IV, 42.

³⁹⁾ Vgl. hierzu Bächtold-Stäubli, Handwörterbuch des deutschen Aberglaubens 7 (1935/36) Sp. 1123ff. und 1164ff.

⁴⁰⁾ Bezieht sich auf die 4 Elemente bzw. Temperamente.

⁴¹⁾ Zu Razi physicus vgl. Speculum Naturale XIX, 64; es handelt sich um Mohammed Rhasis, eigentlich Abu Bakr Muhammad ibn Zakariya, nach seiner Vaterstadt ar-Razi genannt, persischer Arzt, † 921, wirkte in Bagdad und Ray.

⁴²⁾ Vgl. hierzu Bächtold-Stäubli, Handwörterbuch des deutschen Aberglaubens 4 (1931/32) Sp. 87 und 104ff.